

J. PANTALONI Candido Salutem. J. P. P. de to 1599.

329)

Saculare, Vir Reverende et Clarissime, de Ecclesia mereris hoc scilicet, quo harmoniam Evangelicam nobis parat. In ea concinnanda Veteres et Recentes multi laborarant; Etsi autem non agi omnes scopum forte attingerant, tamen conatus laudabiles fuerunt: et utile est idem argumentum a pluribus diverso modo tractari, ut mutuo rationes exutiantur, et veritas magis illustretur, praesertim in talibus materiis, quae obscuram habent veritatem, nec absolutam tamen necessitatem: utilitatem vero non exiguan, cujusmodi hoc argumentum approrior. Pastor Alieans noster Theobaldus Menschius jam pridem etiam molitur harmoniam quatuor Evangelistarum; et judicium de ea mihi aliquando fuit a Senatu commissum. Notaveram tunc non pauca, quae non satis videbatur habere certa: ex quibus unum fuit de quinq. Paschatis ministerii Christi: Sed nondum inter nos convenit, et libenter alius judicium relinquo, qui in hoc genere sunt exercitatiores. Ex eodem genere videtur esse quae de duratione mundi; seu de annis ab orbe condito ad Christum: de quo scis tot esse sententias, quot capita: In explicatione primi aphorismi Mosi sumsi occasionem ex professo id argumentum explicandi, quod nimirum id creationis principium, de quo Moses, fuerit. Mihi Genevam filio meo tractationis ejus exemplum, forte ibi prodibit: tunc et tuum judicium libenter feram, quod scio, multum etiam temporis ei meditationi sedisse. Nunc aridior non habeo, nisi hanc de Ecclesia disputatiunculam, quam ad te mitto. Vale frater honorande. Deus te Ecclesia sua diu servet cum Illustrissimo Vestro, suisq. sanctis laboribus abunde benedicat. Saluta ex me. D. Bentherum Collegam, cui exemplar alterum communicabis. Heidelbergae 18. Novemb. 1599.